

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XIII. Christianum adolescentem à mendacio sibi temperare debere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

Barbaram, aliasque ejusmodi Christi Martyres in medium proferre, quos summis affecerunt laudibus dira illa, & ab immanissimis tortoribus exco gitata supplicia.

PER ORATIO constabit adhortatione ad fortunum incommoda excelsa animo toleranda.

XIII. CHRISTIANVM ADOLE scentem à mendacio sibi temperare debere.

EXORDIUM à genere, operæ pretium est viteturpia reprehendere, propositisq; eorum pa nis, omnes ab iis deterrere.

*Mendacium
propriè dia-
bolicum vi-
tium, ideo
maxime ca-
vendum.*

PROPOSITIO: Cùm igitur mentiendi libidinem experiamur in multis, nec ullum sit vitium in quod juventus hoc tempore ita propendeat, atq; in mendacium: præterire te minimè posse quin impiam illam mentiendi libertatem nervosis aliquot rationibus retundas.

CONFIRM. I. Locus à Turpitudine. Quem-
Iohn. 8. v. 44. admodum enim veraces filii sunt Dei, qui est ipsa

veritas, & odit mendacium; ita mendaces filii sunt Diaboli, qui pater est mendacii, seu auctor primus & inventor, qui quodammodo illud peperit, cum enim Evæ in Paradiso dixit: *Eritis sicut Dii, mentitus est, hinc cum Christus ait: cùm Diabolus loquitur mendacium, ex propriis loquitur, afferit Diabolum, cùm mentitur, propria uti inventione, eò quòd nemo ipsum mentiri docuit; ipse vero pri-*

*mus docuit alios quicunq; mentiuntur. Sunt autem mendaces filii diaboli, non natura, ut loquitur Epiph. sed imitatione: vel, ut Ambros. non carnis suc-
cessione, sed criminis. B. Cæsarius (Hom. 16.) vult men-
dacem à Diabolo possideri. Quid omnis mendax, in-
quit, sine maligno Spiritu esse non possit, scriptura testis*

*Sap. 1. v. 11. est: Perdes, inquit, omnes qui loquuntur mendacium.
3. Reg. 22. 24. Et: Os quod mentitur, occidit animam. Et in libro Re-*

gum

DE MENDACIO.

43

gum legimus, spiritum malignum dixisse Domino: Ego decipiam Achab. Cui dixit Dominus: In quo decipies? Et ille respondit: Egregiar, & ero spiritus mendax in ore prophetarum ejus.

II. Ab incommodo, quod consequi solet mentientes: redduntur enim non modò apud Deum sed etiam apud homines contemptibiles, & fide omni, etiam cum vera dixerint, indigni. Aristoteles interrogatus quid mentientes lecarentur dixit, ut ne vera quidem dicentibus, deinceps fides habeatur. Senserunt hoc Græci, homines leves & inconstantes, quibus nemo propter verborum inconstantiam fidem tribuebat, ac proinde omnia presenti pecunia obtinebat. Unde proverbium: Græca fide mercari. Laert. 4. Ecclesiasticus noster cum ait: Opprobrium nequam Eccl. 20. 26. in homine mendacium, & in ore indisciplinorum assidue erit, indicat consuetudinem mentiendi esse hominum improborum, & infamum, qui malè ab inveniente ærate sunt instituti: ut autem astrahat eos ab illa mendaciorum assiduitate, mox subjicit: potior fur quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hereditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Rectè mendacium confert cum furto, tum quod utrumq; vitium ferè conjunctum sit, juxta adagium: Ostende mihi mendacem, ostendam tibi furem, tum Tandito quod mendacium sit quoddam furtum, hominib⁹ mendacem subripiens, & veritatem, & bonam famam. Furtum, potero tibi vero idcirco dicit ab assiduitate mentiendi superare, vel quod sàpè plus homini noceat quam furtū, Prov. 6. v. 30 cum illa bonum spirituale famæ, hoc temporalia duntaxat auferat: vel quod fur ferè peccet ex inopia, ut esurientem impleat animam, ut loquitur Salomon mendax vero ex petulantia linguae. Demum mendacium hominum hanc pœnam esse denotat, ut indelebilis sit eorum ignominia, ac mores etiam boni, piæq; actiones omni honore carcent.

III. Anno-

*Prov. 12. v. 5.
Verbum mē-
dax justus
detestabitur
e. 29. v. 12.*

*Malus obedit
lóngue ini-
qua, fallax
obtemperat
labiis men-
daciibus.*

*Tors. I. ep. 45
ad Innocen-
tiam, Sancti
quidvis po-
tius rerum
temporalium
amisissent,
quemvis
eruiciatum
subivissent,
quam vel
officium
unum men-
daciuum pro-
tulissent.*

III. à necessitate. Quia Spirit. S. in Sacris litteris non solum declarat, mentiri esse improborum, in ipsis dæmonis, sed etiam prohibet omne mendacium. Exod. 13. v. 7. Lev. 19. v. 11. Syr. 7. & 14. c. 1. v. 30. Zach. 8. v. & apud S. Paulum (Eph. 4. v. 2). Deponentes mendacium, loquimini veritatem unius quaque cum proximo suo: quoniam sumus in vicinie membra. Adhæc, quia gravissima in S. litteris mendacio decreta sunt supplicia: Prov. 19. v. 5. Quia mendacia loquitur, non effugiet. Et, qui loquitur mendacia peribit. Syr. 2. v. 14. Vnde duplice cordi, & labiis celestis.

IV. Ab EXEMPLIS eorum, qui acerbissimo cruciatus subire maluerunt, quam unicum proferre mendacium. Illustrè huius rei exstat exemplum apud B. Hieron. de muliere septies icta, quae falsò accusata de adulterio, sexu fortior suo, cum eculeus corpus extenderet, & sorditas fætore carcere manus post tergum vincula cohiberent, oculis, quae tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad cœlum & volutis per ora lachrymis: Tu, inquit, testis es Domine Iesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renis & cordis, non ideo menegare velle, ne peream, sed ideo mentiri nolle, ne peccem. At tu miser homo (alloquitur adolescentem, de eodem scelere falsò accusatum, qui mentitus erat se reum & illam, ut tormenta effugeret) si interire festinas, cur duos interimes innocentias? equidem & ipsa cupio mori, sed non quasi adultera, præsto jugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tamen mecum feram. Cum autem consularis duplicari tormenta juberet, una interim ejus vox erat, cæde, ure, lacera; non feci. Si di-ctis tollitur fides, veniet dies, qua hoc crimen diligenter discutiet. Postea miserrimi juvenis caput uno ictu amputatum est: mulieris vero tangi quidem; sed truncari non potuit, ne septies quidem repetito à diversis carnificibus ictu, ita etiam crepta manibus

Nibus carnificum, sanitati restituta est, & liberta- *S. 27.*
 littere à Cæsare tandem donata. Apud Simeonem Me- *Aprilis.*
 m, im-
 taphrastem, Anthimus Nicomediensis Episcopus,
 hendi-
 .. c. 37
 v. 21
 uniu-
 r. vici-
 itten-
 s. Qu-
 r. me-
 s. labi-
 Timo-
 i pro-
 exem-
 i, qua-
 , can-
 arceri-
 , qui-
 elum-
 Domi-
 nis 8
 men-
 uitur-
 rum,
 enta-
 inno-
 idul-
 mu-
 au-
 una-
 i di-
 nter-
 ictu-
 sed-
 tito-
 ma-
 bus

nibus carnificum, sanitati restituta est, & liberta- *S. 27.*
 littere à Cæsare tandem donata. Apud Simeonem Me- *Aprilis.*
 taphrastem, Anthimus Nicomediensis Episcopus,
 cùm, sàviente Maximiani Cæsaris persecutione,
 à viginti satellitibus ad cædem quæreretur, ipsos
 satellites hospicio exceptit, mensamq; prælautam
 eis apposuit, ac simul addixit, se brevi Anthimum
 in eorum conspectum adducturum: in medio
 verò ciborum apparatu exurgens, palam prodi-
 dit se esse, quem tam studiosè quærerent; hic illi
 stupore attoniti, & venerandos illius canos re-
 veriti, ob benevolentiam & charitatem, quaillos
 exceperat, unà spsponderunt, se Imperatori re-
 nuntiaturòs, Anthimum diu quæsitus, non esse
 inventum; ille verò contra obtendit, se id non
 permisurum. Fas non esse Christiano pro vita
 cujusquam mentiri, itaque ultrò se captivum il-
 lis adjunxit, & post diuturnos acerbosque cru- *Vide Cie.*
 ciatus, Martyrii corona potitus est. M. Attili Re- *de offic.*
 guli nunquam peribit memoria; qui ad supplicia
 crudelissima redire Carthaginem maluit, quam
 Carthaginenses, post daram fidem, mendacio fal-
 lere ac decipere.

In EPILOGO hortaberis Auditores, ut quo lon-
 gius absint à consuetudine mentiendi, dent ope-
 ram, ut etiam à jocosis & officiosis mendaciis ab-
 stineant, imò ab omni fictione, simulatione, &
 dolo, ac omnibus, quæ speciem mendacii obti-
 nent. Nam vir secundùm cor Dei Rex David, cùm
 orasset: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, Psalm. 14.*
 aut quis requiescat in monte sancto tuo? respondit:
Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit do-
lum in lingua sua, &c. Et SS. patres convenienter *August. de*
 verbo Dei docent, non solum omnia mendacia *mendacia*
officiosa esse peccata, sed ne quidem pro salute *e. 6.*
corporali vel spirituali unius hominis, civitatis,
provinciæ, imò totius orbis esse mentiendum,
quia

Rom. 3. v. 8. quia non sunt facienda mala, teste Apostolo, ut ev-
niant bona.

XIV. DE LIBRIS HÆRETICO- rum non legendis.

EXORDIUM à laude artis typographica, quan-
tum prolixa Dei immortalis liberalitate, & con-
cessu perbenefico hominum generi donatam est
dices, cum ut operosi transcribendorum Codicis
labores moderatius temperarentur, tum ut gra-
vissima eruditissimorum hominum monumenta
pauculis boum in tergoribus ante descripta,
propter vetustatem penè emortua, in communem
Reipub. Christianæ utilitatem æternitati immor-
talitatiq; consecrarentur. Hæc ubi per partium en-
merationem amplificaveris, descendere ad quotundam
sycophantarum scelus, qui ita gloriam artis huius
deformatunt, ægrè ut dijudices majoresne ex ei
hauserit calamitates Resp. Christiana, an vero
überiores ex ea demessuerit, perceperitq; utilita-
tum fructus. Ostendes enim quantopere nostri
ævi terræ filii, hæretica scabie squamosi, ad para-
doxa sua propaganda, nobilissimo hoc munere pe-
summum scelus abutantur.

P R O P O S I T I O : Diceendum igitur tibi esse de
hæreticorum libris non modò non legendis, sed
purgatricibus etiam flammis abolendis.

C O N F I R M . I . L o c u s a b h o n e s t o . Indignum
namque est eum, qui se Christi Religionem tueri
profiteretur, res probare ejusmodi, quæ perniciem
semper fidei Christianæ maximam intulerunt.
At hoc fecerunt libri pravis dogmatibus infecti.
Quare si omnis oratio, quæ literis mandatur, elab-
orator esse solet, quam ea, quæ temere profun-
ditur; & si hæretici, propter noxia verba fugien-
di sunt, certè multò magis eorum libri fugiendi
sunt, qui instructiores sunt ad perniciem. *D. Ioan-*

*Matt. 7.
Attendite.
Cap. 2. v. 3.
Rom. 16.
Tit. 3.*

nnes.